



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

VII. Epistola eiusdem Henrici IV. Jmp. ad Rupertum Episc. Bambergensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Christiana pacis statum tractabimus. Ethilariter facias hoc,
sciens quod te citò dimittemus. Et * hoc libenter tibi parce-
remus, nisi tam alti negotij nos vrgeret instantia. Præterea * f. In hoc
mandamus tibi, vt mittas pro Comite N. quem tibi commisi-
mus, & eum nobis repreſentes.

VI.

*Epistola Eiusdem Henrici adhuc Regis ad A.
Episcopum Bambergensem.*

HEINRICVS DEI GRATIA Rex * A. sancte Babe- *Videtur eſe*
bergensis Ecclesie venerando Pontifici, suo scili- *Albertus Co-*
cet dilecto nepoti, gratiā suam, & debitū dilectio- *mes à Bogen,*
nis donum, Si omnia vestra prosperitatis tenore *qui Bamberg.*
diriguntur, vt iustū est, congaudemus: & siquid aduersi vobis *Episcopatum*
occurrerit, quod diuina repellat obumbratio, vt decens est, *tenuit ab anno*
condolemus: & hanc eandem charitatis vicem vos erga nos *1054 & q. 1060.*
seruatur, non dubitamus. Quapropter dilectionis vestra ro- *& dicitur in*
gamus priuilegium, quia, quidam militia vestra N. nomine *Prodromo An-*
misericordiam nostram & auxilium petens, venit; vt sibi illam *natum Bam-*
hanc scaram cum vadimonio, quam vobis iureiurando promi- *berg.*
fit, nostri amoris & rogatus causa dimittatis; vt ego ex parte
mea vobis compensem, patremq; meum, vt & ipſe vobis com-
penseret, instigem.

VII.

Epistola eiusdem Henrici IV. Imp. ad Ruper-
pertum Episc. Bambergensem.

HEINRICVS DEI GRATIA Romanorum Imper-
ator Augustus Ruperto Babebergensi Ecclesie E-
piscopo gratiam, & omne bonum. Notum eſe
tibi, quanto periculo tota fluctuet Ecclesia;
quantus error in omni surgit Saxonia: quantaq; desolatio-
ne nobilis illa Metensis penitus deſtruitur Ecclesia. Et non
ſolum

folūm ibi, sed & in diuersis partibus Ecclesia nostri diuiditur Imperij. Igitur consilio nostrorum fidelium statuimus fieri Mognuntia colloquium in Dominico die ante proximum S. Andreæ festum. Huic colloquio omnes regni Principes nostri fideles inter sunt: Et præterea omnes, quorū nobis vtilis declaratur aut fides, aut cōsilio prouidētia. Ad quod venire te, quām int̄imè rogamus. quia nullatenus tam ardua negotia regni, & diuisio Ecclesiæ coadunari poterit, sine tua maxima sapientia, & egregio cōsilio & fide, quæ hac tenus nobis frequēter in necessitatibus, & in huiusmodi cōtrouersiis regni, prout nos voluimus, & res exegerat, prēstò fuit. Ad quod Colloquiū omnes Saxones nostri fideles veniēt, rogantes summopere, nos in Saxoniam venire, & hos nouos errores cōponere. Metenses autē è cōtrario Metim clamant nos transire; quatinus illic tandem pax & securitas reddatur Ecclesiæ. Nos quoq; inuitante Archi-episcopo, Colonia nativitatem Domini celebraturi sumus; & idcirco statuimus hoc Colloquiū ante fieri, vt huiusmodi dissensiones regni prius cōponeremus; quām nos in remotiora transiremus loca. Sed idcirco prædictam expeditionē distulimus, quatinus communī omnium nostrorum consilio, quæ nobis agenda sint, considerentur. Ergo rogamus te, per eam, quā compater nobis effectus es, dilectionem, ne te corporis a- gritudo, vel quælibet alia res impedit, quin ad præfatū Colloquium tempore statuto venias; & ibi iuxta magnam sapientiam & solitam fidem tuam de nostra & regni vtilitate, quæ necessaria sunt, nobiscum disponas.

VIII.

Epistola eiusdem Henrici ad eundem.

HENRICVS DEI GRATIA Romanorum Imperator Augustus Ruperto Babebergensi Episcopo gratiam, & omne bonum. Quoniam semper nobis fuisti fidelis, quemadmodum debuisti, & nostrum honorem sicut vir sapiens & fidelis egregius retinere & amplificare studuisti; grates tibi quām maximas referimus, & inde